



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculu[m] officii misse expositorium

Johannes <de Lambsheim>

Heidelberg, 1495.06.29

Tabula sancti Bonaventure de co[n]sidera[n]dis a missam celebraturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30862

Tabula Bonauenture cardinalis a celebrantibus missam diligenter consideranda

Primo intentionis discussio. ne propter timorem. auariciam. verecundiam. vanam gloriam. vel ex consuetudine celebret.

Secundo est generalis contritio super commissis ore corde et opere. omissis que facere potuit. promissis que non soluit.

Tercio est pura confessio. notabilium. communium. et ignotorum peccatorum. **Q**uarto quod intendis facere. Quia deum per patriam colere. Deorum christi et eius charitatem memorari. Totam ecclesiam adiuuare. **Q**uinto quod intendis consequi principaliter. scilicet augmentum dulcedinis dei. Inseparabilitatem visionis dei. Accelerationem visionis dei.

Sexto in canone habentia. Diligentiam ad conficiendum corpus christi. Reuerentiam ad tangendum corpus christi. Deuotionem ad sumendum illud. **P**ropter continuationem et continentiam tam excellentis corporis christi. Excellentioris anime christi. Excellentissime diuinitatis christi. Quia fiunt in missa. Magna in signis. Magna in verbis. Magna in intentione.

Quattuor requirunt ad digne communicandum scilicet. Carentia criminis. Diligentia examinis. reuerentia mentis. Et mundicia corporis.

Octo sunt que trahere debent sacerdotem ad celebrandum.

Primum est delictorum remissio. ut per eam quasi per hostiam placationis a peccatis purgetur. Secundum est sue infirmitatis consideratio. ut christum ad se vocet per quem ab omni morbo curetur. **T**ercium est alicuius tribulationis pressura. ut per eam ab ea liberetur. **Q**uartum est desiderium alicuius gratie vel spiritalis beneficii intrinsecum.

30
ut per eum cui patet nihil negat impetret et obtineat. **Q**uintum est gratiarum actio pro omnibus beneficiis temporalibus et spiritalibus sibi et alijs impensis. **S**extum quia est charitativa operatio proximi. quia pro salute est uiuorum et mortuorum. **N**ihil quippe efficacius interpellat quam sanguis christi effusus in remissionem peccatorum. **S**eptimum est laus dei et honor sanctorum. cum nihil habemus quo possimus plus deum et sanctos et deum laudare quam christum sacramentaliter deo patri offerre et immolare. **O**ctauum est sitis et desiderium augende charitatis christi per augmentum gratiarum et carismatum. quia hoc sacramentum fonte continet omnium gratiarum: sanctificatorum et auctorum salutis scilicet dominum nostrum iesum christum. Ideo dicitur eius charistia. id est bona gratia. **C**etera autem sacramenta fluunt sunt et riuuli gratiarum quibus sanctificamur. **S**it ergo intentio celebrantis. hoc sacramentum offerre pro profectu sancte ecclesie. pro salute propria et aliorum ad honorem dei et sanctorum. ut ecclesia in pace conseruetur. Ad malorum deuotionem. honorum conseruationem. ad animarum celeriore liberationem. et penarum ipsarum ablationem. **E**t pro alijs pijs causis.

Effectus et fructus missae. xxi.